



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

20. An peccet sequens conscientiam errantem, si dictat utramque partem malam? Et in exemplum huius quæstionis adducuntur diversi casus in textu huius resolutionis, & tandem quæritur, an supradicta ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

qui citat Rebellium, docentes in hoc dubio (quia est
trinque aequaliter) meliorem esse conditionem possi-
denter, eximique proinde ab onere restitutionis, licet
alioquin peccauerit.

RESOL. XIX.

*An sit peccatum mortale agere contra conscientiam non
actu errantem, sed habitu.* v.g. errasti vincibiliter pu-
tans in hac hebdomada nullum esse diem festum, vel ie-
uniij, cum tamen sit adueniente die Feso vel ieuniij,
Missam vel ieunium omittis, qui tibi dubium occur-
rat esse diem festum, vel ieunijs peccas ne omittens
Missam, vel ieunium, & sic de similibus? Ex p.9. tr.8.
& Misc.3. ex Ref.48. §. Sed hic tantum.

S. 1. *A*n sit peccatum mortale agere contra con-
scientiam non actu errantem, sed habitu. v.
g. errasti existimat esse peccatum ius Canonicum, vel
physicam audirex huiusmodi errore physicam audis,
immemor conscientiae errantis, & dictantis esse pecca-
tum. Item errasti, vincibiliter putans in hac hebdomada
nullum esse diem festum, vel ieuniij, cum tamen sit;
adueniente die festo, vel ieuniij, Missam, vel ieunium
omittis, qui tibi dubium occurrat esse diem festum
vel ieuniij, peccas ne omittens Missam, vel ieunium? Et
quidem affirmatiu respondet Medina in p.2. quast. 19.
art. & Villalobos in summa. to. 1. tr. 1. diff. ul. 1. n. 2. vbi
sic ait: [Para que se diga, que vno haze contra concien-
cia, no es necesario que el dictamen le tenga actual-
mente, mas basta que aya passado, y que de virtualmen-
te: como si vno huvielle tenido error, de que nos es li-
cito oir Theologia, y la oyese en reueo a le; haria contra
conciencia.] Sic ille.

2. Sed ego contraria sententiae adhaereo, nempe te in
physica audienda, vel in omissione Sacra, aut ieuniij non
peccatur actu, nisi actu sit conscientia dictans esse pecca-
tum, vel actu dubius de eius obligatione. Probatur: Opera illa ex externa nequam possunt oriiri a voluntate, & iudicio praterito, cum neque illa voluntas, neque
iudicium prateritum adhuc, neque aliquis effectus ab il-
lis praeditus, qui opera externa cauerit. Ergo non pos-
sunt in illis operibus malitiam aliquam derivare. Con-
firmo: ideo, cum venenous tribus alieni, quo vita illum-
prias, ceteris homicidium committere, etiam si doleas,
antequam venenous est vita dicendar, quia illo voluntas
antiquae occidendi in aliquo effectu manet. Ac in pre-
senti illa intentio precedens non audiendi Missam, &
iudicium errans de obligatione, non manent in se, ne-
que in aliquo effectu. Ergo. Secundo: si actus censetur
manere moraliter, & denominari opera subsequentia,
cum non retractatur, ergo infidelis, scemel existimans
ad operis bonitatem opus esse, vt id ad idolum referatur,
peccabit in omnibus operibus, & obiectione bonis,
qua illius iudicium immemor efficit, quod videatur abfur-
dissimum. Et ita haec sententiam contra Medianam re-
cte tenet Sanchez in Summa. to. 1. lib. 11. c. 11. n. 7. Azorius
to. 1. lib. 2. c. 8. ques. 12. Vasquez in p.2. diff. 60. c. 3. qui-
bus adde Ioannem Prepositum in p.2. D.Th. q. 19. a. 6.
dub. 2. & Rocafull. in prax. Theo. mor. p.3. lib. 3. c. 3. n. 63.

RESOL. XX.

*An peccat sequens conscientiam errantem, si dictat
etiamque partem malam?*
Et in exemplum huius questionis adducuntur diversi ca-
sus in textu huius Resolutionis, & tandem queritur, an
supradicta procedant circa cum, qui sine culpa sua in
eum statim venit, ut utraque pars contradictionis vi-
deatur sibi peccatum: an vero verificantur tantum de
eo, qui ob suam culpam in ea angustias redactus est?

*Et infertur à fortiori hominem in carcere detentum, &
existimantem peccare non audiendo Missam, neque
quam peccare, quia illa omisso Sacra non est libertas
modo. Ex p.9. tr.8. & Misc.3. Ref.47.*

S. 1. *C*ausa erit. Putat rusticus Pastor peccare lethali-
ter die facto, si Missam non audiatur, quia pre-
ceptum est Missam audire, putat etiam peccare lethali-
ter, si gregem deserat causa audiendi Missam, quia de-
vorabit eum lupus, aut fur rapiet. Similiter mulier affec-
tus infirmo, putat peccare lethaliiter, si infirmum de-
serat causa audiendi Missam. Inquiritur, an rusticus ille
& hac femina ignara, lethaliiter peccent dum ad alterum
ex his extremis se determinant, quam determina-
tionem fieri necesse est, cum inter utrumque non deus
medium. Et quidem Pater Granadus in part. 2. D.Th.
Contr. 2. tr. 12. diff. 7. sed. 2. putat quamlibet ex his de-
terminationibus, seu quamlibet determinationem inter haec
extrema, fore peccaminosam: quia tamen dum utrum
fuit illi posse hominem inter duo peccata perplexum
constitui, ita vt non possit utrumque effugere, sed alterum
eorum necessario sit efficiendum: utrus illi fuit
utrum casum negare, cumque difficile sit defendere, non
posse contingere ex natura rei sub iudicio melius de-
tentum se dictum ait, pertinet ad prouidentiam
Dei hominem illuminare, vt possit hanc perplexitatem
effugere, reddendo vincibilem illius ignorantiam.

2. Probat suam sententiam Granadus. Quando rusticus se determinat ad Missam non audiendum, illa de-
terminatione, seu electio poterat non esse, seu non fieri ab
ille: ergo est libera respectu illius, ergo liber est deter-
minat ad id, quod peccatum esse iudicat: ergo liber
peccat. Deinde ait Granadus, similis libertas inter ope-
ra ex se bona sufficit ad meritum ergo sufficit ad de-
meritum. A contradictorio antecedenti contradic-
torio infero consequens. Si enim quis est prouiden-
tiam ad dandum mihi centum auros, vel eum
eiusdem valoris, nullo modo de me benemerit ce-
seretur, si equum mihi daret.

3. His suppositis, idem Granadus sic ait, num. 14. Di-
cerem sub iudicio melius sententiam, pertinet ad de-
uinam prouidentiam non permittere hunc perplexi-
tatis modum, atque adeo casum esse ex prouidentia im-
possibilem; licet attenta ruficitate aliquorum homi-
num, & seclusa speciali Dei gubernatione fortasse con-
tingere posset. Inducor ad ita sentendum, cum proper
auctoritatem Doctorum quos retulimus, cum etiam
quia quando infertur incommoda non lenis moni-
ta ex aliqua hypothesi, dicere sedem sollem in Philoso-
phia, & Theologia, illam esse impossibilem aciem
profecto videntur inferi: nam ex una parte videatur illi
homo habere libertatem sufficiens ad peccatum, al-
tera vero esset riguissima prouidentia damnare ho-
minem propter peccatum, quod sine sua culpa vitare
non potest, nisi aliud aequum graue committat, licet enim
ibi sit libertas in reddendo equo, vel nominis deter-
minate, & ille modis libertatis sufficiat etiam ad meri-
tum; ceterum inter homines, qui haec minus excede-
perpendunt, non solet reputari magni momenti quod
vnum vel alterum aequaliter fiat, quando utrumque vitari
non potest. Facilius ergo dicitur, Deum in predicto ca-
su illuminatur hominem, vt prudenter iudicet ibi
licere sine peccato facere quod maluerit ex illis dos-
ibus, & ita deponat conscientiam errantem, vt finolle
deponere, fiat iam error vincibili. Committit autem
Argentinas, Vasquez, Medina, Corduba, & Angelus
posse dari perplexitatem, quando error vincibilis est,
quia tunc potest, & tenetur deponere conscientiam, &
id Deus illi praecepit: ex hypothesi autem quod ip-
pro sua culpa nolit deponere, mirum non est, si pecc-
at audiendo Sacrum, vel non audiendo. Sicut ex hypothe-
si, quod quis velit inanem gloriam in omnibus oper-

De Conscientia dubia. Resol. XXI.

29

bus huius dici, non est m̄itrum si peccet elargiendo eleemosynam pauperi extremè indigenti, quia id facit prout malum finem, & peccet etiam non elargiendo, quia violat praeceptum charitatis. Hucusque Granadus.

4. Sed ego puto in tali caſu nullum peccatum committi, quia non adest libertas ſufficiens ad peccatum: cum enim vna ex illis contradictoriis sit tibi neceſſariò eligenda, & in illa repreſentetur peccatum, iam peccatum erit neceſſariò eligendum, quod eſt abſurdum. Deinde non potest quis peccare in aliquo faciendo cuius contradictorie oppositum indicat eſe prohibitum, ſed in hoc caſu paſtor, qui Miſſam non audit, putat eam audire illi eſte prohibitum, ne gregem deſerat: ergo non peccabit, ſi cum praedicta conſcientia Miſſam omittat, Rurſus peccatum eſſentialiter includit diſonantiam ad ratione in. Nullius autem prudentis viſi rationi diſonantia in iſiſerū illum rufiſcum non potenter indeterminatum permanere, ſe determinare ad extrellum, quod ex nullo capite peius alios iudicat. Deinde, quo modo poſet ob hanc determinationem reprehendi homo, qui poſset reſpondere, eodem modo me reprehendere, ſi hanc determinationem non habuimus. Vnde ex hiſ infertur à fortiori, hominem carcere detinent, & exiſtamt peccare non audiendo Miſſam, nequaquam peccare, quia illa omiſſio Sancti non eſt libera viſo modo. Neque illud iudicium cauſa eſt illius omiſſionis, cum omiſſio à cauſis aliis extrinſecis procedit; ſolum enim eſt iudicium ſpecularium falſum, quo iudicas in tali omiſſione eſte peccatum, cùm tamē non sit. Et hec omnia docet Caietus Palaus 10.1. tr.1. diſp.1. punt.5. Roſafil. in praxi Theol. mor. par.1. lib.2. c.3. n.66. Sanc. in eſteſ. diſp.41. n.27. Sāch. in ſum. to 1. lib.2. c.11. n.14. Hurta diſp.26. de Deo homine. n.89 & 93. Eminētiſimus Lugo de Incar. diſp.26. ſect. 10. n.137. & alij penes ipſos.

5. Sed an ſupradicta procedant ſolum circa eum, qui ſine ſua culpa in eum ſtatutum venit, ut vtraque pars contradictionis videatur ſibi peccatum, etiam veriſificetur de eo, qui ob ſuam culpam in eis anguſias redactus eſt? Repondeo cum Becano, rr.1.c.4. quod licet quis ſua culpa & negligētia, etiam mortali, in eis anguſias deuenerit, ſi tamē in eo ſtatu iam conſtitutus de præterita negligētia doleat, & faciat, quod in ſe eſt, non committer nouam culpam. Prīmo, quia nulla culpa, aut negligētia præterita potest hominem ad nouum peccatum neceſſitare. Secundō, quia in quocūque ſtati, & quacūque poſita conditione, potest homo prudenter operari, voluntas autē, que ſequitur regula prudentiē nō peccat.

6. Rogabis itern, quid in tali caſu agendum ſit homini, ut prudenter ſe gerat? Repondeo: hoc non potest in particulari, ſed tantum in genere praefribit: nam ſi in tali caſu potest homo vii alterius conſilio, optimè ferat. Si vero per ſeipſum debet rem expedire, attendat vim, & naturam præceptorum, quæ illi videntur tunc concurre, & ſimil expedita commoda, que ſequi poſſunt; & tunc penſatis omnibus id eligat, quod videatur habere pauciora incommoda, vel eſte contra præceptum minus obligans, & ſine ſcrupulo procedeat: nam ſi verè habet voluntatem non peccandi; & ſufficienſer adhibet diligētiam, nunquam peccabit, ſaltem grauerit, etiamſi forte eligeret id, quod maius malum eſt, modo ipſe neſciret eſte maius malum. Quod ſi omnibus perpenſis vtrumque aequaliter malum apparet, abſoluſt poterit, quod voluerit, facere: tamē iuxta Cordubam lib.3. q.5 tutius conſilium eſt, ut ſi homo conſerat ſe ad alterum magis affici, eligat oppofitum, ad quod mihi inclinatur; quia afficio facit ut plurimum appareat plus ea, que ei conuenient; & inde rationis iudicium impedit, vel ad ſe curuum trahtit.

RESOL. XXI.

Quo paſto deponenda ſit conſcientia errans? Ex p.9. tr.8. & Mſc.3. Ref.49.

Tom. VII I.

§. 1. **P**vtant Caietanus in part.2. Dni Thomas. q.19. art.5. conſcientiam errantem deponi poſſe, etiam ſine viſa ratione, eo ſolū, quod homo noſit admittere erroneum dictamen. Exemplum adhibet, dicens: Si mulier à conſcionatore audiret eſe mortale vii alienis capillis, eo quod ſit simulatio; licet ſuę ſolutione huīus argumenti pro libito deponat talem conſcientiam & credat ſibi eſte licitum talem viſum: non peccabit viens praedictis capillis. Proba, quia conſcientia errans non habet ex ſe viſi obligandi, niſi quatenus accepatur: ergo quandocumque non accepetur, non obligabit, Caietano ſubſcribit Valentia q.14. punt.4. Atque ex eodem fundamento Medina citat ad art.6. dabo.3. verſicul. Vtimo notandum eſt, afferat praedictam Caietani doctrinam, & exemplum, licet addat hac verba: utrum vero peccet (ſcilicet illa mulier) quia non adhibet fidem Conſcionatori, alia quaſtio eſt.

2. Sed hanc ſententiam puto reſiſtiendam eſte cum Salas vbi ſupra, in Diuum Thomam, tr.8. diſp. vniſa, ſectio.3.n.30 & alii, quos citat, & ſequitur Sanchez in Summa 10.1. lib.1. c.11. n.10. Quibus ego addo Praepofitum in part.2. Dni Thomas. q.19. art.7. dub.3. § 1. Roſafull in praxi Theol. moral. part.3. lib.2. Caltrum Palaus 10.1. diſp.1. punt.6.n.5. & Granadum in part.1. Contr.2. tral.12. ſect.5. n.27. Dico igitur te non poſſe pro libito conſcientiam errantem deponere: cum manifesto petrule te expoſta vera conſcientiam deponendi: illa enim falſa conſcientia tibi appetat ut vera. Si ergo vera pro libito deponere non potes, quia non poſſes pro libito te legibus diuinis exiſere: neque potes conſcientiam errantem pro libito depellere. Secundō, vel illa conſcientia ex rationibus probabilibus errat, vel ex rationibus moraliter certis ſecundum tuam aſtimationem, quo cummodo fit, ut prudenter deponatur, debent addeſſe rationes faltem probabiles in contrarium, aliaſ temere procedes, neque poteris honestare actionem, cum oriatur ex iudicio abſque viſa ratione efformato. Itaque dicendum eſt ſemper ita ſe debere gerere eum, qui habet conſcientiam errantem, ut permaneat in eo ſaltem virtuale iudicium, quod probabilitate, atque adeo prudenter diſcret, ſibi licere oppofitum eius, quod diſcret conſcientia errans. Probatus manifeste, nam non potest quis licet operari ſine dictamine prudentia, horum autem eſt non potest ſine opinione probabili de honestate obiecti, vnde quod ſit ſine praedicto dictamine, eſt contra rectam rationem. Ex quo principio infertur directa ſolutio proposita difficultatis, duplex enim eſt potest conſcientia errans, vna, que ita diſcret aliquid eſte peccatum, ut nullo modo etiam probabilitate credatur eſte licitum id, quod re vera licitum erat ſecundum ſe; & haec conſcientia deponi debet medio aliquo iudicio probabilitate faltem diſtante id non eſte peccatum; alioqui imprudenter, & male faciet, qui tale obiectum fuerit amplexatus, cum non habeat cognitionem, quam vidimus requiri ad honestam operationem, & quod ad hoc omnino vera videtur ſententia, quæ Cafetanum refelliſt. Altera conſcientia errans eſt, ratione cuius videtur homini probable eſte peccatum aliquid, quod certum eſt non eſte peccatum: ita tamen ut ſimil habeat idem homo fundamentum, quo veriſimiliter ſibi perſuadeat oppofitum; & tunc licitum eſt deponere illam conſcientiam ſine viſa alia ratione de nuo inventa, ſimiliter licet operabitur quipiam, quantumvis illam conſcientiam non deponat. Et ſi id forteſe voluerunt Caietano & Valentia, recte ſentiant: nam ad honeste operandum non aliud requiritur, quam iudicium practice probable de honestate obiecti ſed ſi illa conſcientia errans ſit nouo aliquo fundamento deponatur, ſue non deponatur; permanet iudicium probabile de honestate obiecti, ergo. Exemplum vero adductum à Caietano recte obſeruant Corduba lib.3. quaq.12. poſt.2. propositio. §. Ex quibus patet, & alij poſſe

C 3 pie